

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CXXV. Nec deserat suam Ecclesiam, aut ei invitae renunci-
et, tempore pestis
aut persecutionis communis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

uberiori cum fructu, talentū. Vide *B. Gerbardum* Loc. de Minister. Eccles §. 171. *D. Walthe-
rum* Centur. Miscellan. Theolog. num. I. *Con-
silia Wittenberg*, part. II. pag. 51. seqq. *D. Georg.
König* loco alleg.

CXXV.

Nec deserat suam Ecclesiam, aut ei
invitæ renunciet, tempore pestis aut
persecutionis communis.

Εὐθυμοῖς.

Fugā in his casibus sese non verum Pastorem
sed Mercenarium infidelem declarat Verbi
Præco, Joh. X. 12. Tempore Pestis auditores
vel maximè ipsius operā & ministerio indigent
ut de agendā verā, seria & sincera pœnitentia
admoncantur, & de beata *εὐδαιμονία* infor-
mentur. Præpostera timiditas Ministrorū fu-
gentiū infirmis scandalum præbet & diffiden-
tiam arguit ergā promissiones divinas, Psalm.
XCI. 7. Matth. X. 30. Hebr. XIII. 5. docente *B.
Gerbar do* Loco de Minister. Eccles §. 290. Tem-
pore quoq; persecutionis communis, sive qua
tota Ecclesia impetitur, Pastorum vel Docto-
rum præsentia maximè necessaria est: Ecclesia
velut navis magna per mundi mare enavigans,
diversis tentationibus & persecutionibus quasi
proe

procellosis fluctibus jactata regenda, non relinqvenda. Si verò *perniciosum*, *Prophetam*, seu Gubernatorem navis in tranquillitate *navim deserere, quanto magis in fluctibus?* inquit Nicolaus Papa, *Can. Sciscitaris causa VII. q. 1.* Atque hinc infert, neque Pastorem, si quando ingruat persecutionis procella, debere Auditores suos deserere, Imò potius Pastoris officium est in tali casu, pro gregis incolumitate suum caput periculis obicere. At quando persecutio Ministri personam tantum petit, Ecclesie verò nihil intentatur, isque absentia sua furorem hostium sedando, Ecclesie melius consulere videtur; & si ipse Auditores in fugam ejus consentiunt, imò eam syadent, fugere omnino & in tutiorem locum ad tempus secedere potest, absque lésione gloriæ Dei, salutis proximi & suæ conscientie, juxta illud Christi Matth. X. 23. *Quum persequuti vos fuerint de civitate istâ, fugite in aliam.* Quod sive præceptum siue consilium Salvatoris non fuit temporale, ut *Tertullianus* statuit, Libello de Fugâ, in persecutione ad Fabium Presbyter. perscripto, neq; enim uspiam aliquod vel minimum extat indicium, quod abrogatum vel revocatum fuerit. Sic Christus ipse furori Judæorum aliquoties cessit. *Matt. XXII. 15. Luc. IV. 30. Joh.*

VIII. 59. non ex metu, sed prudenti consilio. Quo facto docuit juxta Theophylactum, quod ob-
 jicere semetipsum periculo, Deo minime placeat. Hoc
 nobis reliquit exemplum (Christus, inquit Chrysos-
 tomus ferm. 151.) ut fugiente Domino, fugere in-
 dignum non putet servus. Bene Augustinus Epistol.
 180. ad Honoratum Episcop. col. 799. Tom. II.
 Oper. Nunquid, quando Apostolus Paulus, ne illum
 comprehenderet inimicus, per fenestram in sportâ sub-
 missus est, (2. Cor. XI. 33) & effugit manus ejus, de-
 ferta est, quæ ibi erat Ecclesia, necessario ministerio, &
 non ab aliis fratribus ibidem constitutis, quod oport-
 rebat, impletum est. His quippe valentibus hoc Apo-
 stolus fecerat, ut se ipsum servaret Ecclesia, quem pro-
 prie persecutor illa quærebat. Faciant ergo servi
 Christi, ministri Verbi & sacramenti ejus, quod præ-
 cepit, siue permisit; Fugiant omnino de civitate in Ci-
 vitatem, quando eorum quisquam specialiter à
 persecutoribus quæritur, ut ab aliis, qui non ita
 requiruntur, non deferatur Ecclesia, sed præbeant
 cibaria conservis suis, quos aliter vivere non posse no-
 verunt, Cum autem omnium, i. e. Episcoporum &
 Clericorum est commune periculum, i. e. qui aliis
 indigent, non deferantur ab his, quibus indigent.
 Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui
 habent remanendi necessitatem, non relinquuntur
 ab eis, per quos illorum est Ecclesiastica supplenda ne-
 cessitas, ut aut pariter vivant, aut pariter sufferant,
 quod eos pater familias volet perpeti. Hæc eleganter
 Augustinus. Conferatur Dissertatio nostra de
 Persec.

Persecutione Veræ Ecclesiæ in QQ. Quæst. I.
 Etiam pestis tempore Ecclesiæ consenti ad tem-
 pus se alio conferre potest Præco Dei, si Ecclesia
 aliis Verbi Ministris sit instructa, vel substitua-
 tur alius, qui non minore dexteritate, diligen-
 tiâ & fide Ecclesiastici muneris partes obeat, ita
 ut absque scandalo & jactura functionis suæ, se-
 cessus fieri queat. Non invidendum tum erit lo-
 cus tutior Ecclesiæ Ministro, qui forsan ultra
 modum est timidus. Benè B. D. IV. lib. Lyserus
 Disput. de Ministerio ex Evangel. Dominic. III.
 Advent. th. XXIII. *Constantia*, inquit, in Mi-
 nisterio Ecclesiastico requiritur; Non er-
 go Ecceboli in mutandâ fidei confessione
vanitas, Ephes. IV. 14. non desultoria
 quorundam in permutandis Parochiis
levitas, non inordinata in peste vel per-
 secutione fuga nobis probatur. At si
 persecutio Ministrum tantum petat, si
 cum consensu Ecclesiæ sine ejus dispendio
 aliqui periculum sive pestis sive persecu-
 tionis evitare possunt, magno usui deim
 Ecclesiæ futurî, si Dominus territorii
 aliquem fuget, non inconstantia & fu-
 ga Mercenarii, Job. X. 12. prohibita, sed
 fuga

fuga à Christo Matth. X. 23. mandata est.
Videatur B. Gerhardus Loc. alleg. §.
209. 291. Dedekennus in Consil. Theol.
Loco de Minist. Eccles. sect. IV. num. 1.
& II. Espensens Com. ad Epistol. 1. ad
Timoth. Digress. Lib. III. cap.
XIV. XV. XIX. pag. 245.
seq.



INDEX